Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2145

Quelle:
Copyright:

Lectionarii, quod de Tempore ab *Adventu* usque ad *Paſcha*, de Sanctis vero a D. *Andrea* Apoſt. usque ad B. V. *Mariae Annuntiationem*, pro qua miniatori *Nativitas* subrepſit, progreditur. Primae tamen Membranae fere usque ad Sabbatum ante Dom. IV. Adventus exciderunt. Ad calcem minio legas: *Anno domini milleſimo trecenteſimo quintodecimo. Comparatus eſt liber iſte. a Sereniſſima ac deo deuota domina Elyzabeth. quondam Regina Bohemie ac Polonie. ob perpetuam memoriam ſui ac generacionis ſue. ut ad quodcumque Cenobium datus fuerit. perpetua memoria ſui habeatur uiue ſiue defuncte. ac genealogie ſue. Principum ſiue Regum. Defunctorum. ut in ſompno pacis dormiant. Uiuorum. ut proſperitate et incolumitate gaudeant. Poſterum. ut in mille generaciones creſcant. Amen.*

DCCCXCVI.

R. 2155 Codex membraneus ejusdem conditionis Folior. 302. eſt *Pars II. Lectionarii* ejusdem a *Paſchate* ad *Adventum* et a D. *Marco* ad D. *Andream* procedens. *Fol.* 281. Clauſulam ſuperiorem hic germanice redditam ita habes: *An dem Tuſende vndan dem dri bundirten vnd an dem ſechcenten iar. von chriſtes gebort. Is ditz buch erzuget. Von der Hochgeborn vrowen. Vrowen Elzebeten. der werden zwire* (duor. Regnor.) *kuniginnen. zu einem ewigen gehukniſſe* (memoriam ab ant. *Hugen.* meminiſſe, *Huge* animus) *iris namen. vnd allers* (pro all ihres) *geſchlechtes fürſten vnd kunige. in welch cloſter ditz buch wirt gegeben. daz men ir da ewicliche gedenke. zum erſten der di da tot ſin. daz di ſlafen in Gotes fride. vnd zu der ewigen frevde kumen. di da noch leben. daz ſich di vreuwen ſelde* (ſalutis a *Sal*) *vnd lanklebens. der nachkümelinge. daz ſi in tuſent geſlechte wachſen.*, *Amen.* Poſtea ſequuntur Lectiones IX. de Vita S. *Hedwigis* ex Actis Canonizationis celebratae a. 1267. a *Clemente* IV. cum addito: *Summa indulgencie in die beate Hedwigis octo anni. CCC. dies. et tres karene.* Lectiones XII. *De undecim milibus uirginum.* Lectiones XII. *In feſto ſpinee corone domini;* et Lectiones VIII. *de uita ſancti wencezlai.* Erat olim inter religioſae Pietatis Opera ſumtus facere in deſcribendos Codices liturgicos, qui deinceps ſacris Locis dono darentur, atque praeſens ejusmodi illuſtre monumentum debemus Matronae ſanctiſſimae *Eliſabethae Przemiſlai* II. *Poloniae* Regis filiae, quae cum ab a. 1300. ad a. 1305. in toro fuiſſet *Wenceslai IV.* (all. II.) *Bob.* et *Pol.* Regis, eoque defuncto nupſiſſet *Rudolfo Auſtr. Alberti* I. Imp. filio, mox a. 1306. ſecundo hoc marito viduata *Hradecii*, quod *Reginae* dicitur, usque ad a. 1316. vitam egit, inde *Brunnam Moraviae* digreſſa in condito ab ſe a. 1323. ſub Caſtro *Spil-*